§. Sed hactenus, nu. 9. Inſtit. de milit. teſt. Salic. in Auth. ſed hodie nu. 2. C. de don. inter vir. & vxor. Ioan. Igneus in l. 1. §. qui ſibi. nu. 108. ff. de S.C. Silanian. Petr. Gregor. lib. 42. ſyntagm. iur. vniuerſ. c. 8. nu. 11. Heigius in §. eius, qui 5. nu. 5. cum ſeqq. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſta. Forſter. lib. 2. diſput. 12. the. 14. Hachelman. diſp. illuſtr. 16. the. 4. lit. S. Nebell. diſp. 19. the. 2. lit. B. Matth. Coler. deciſ. 34. nu. 3. & 6. Matth. Stephani centur. 2. q. 54. lit. A. &
3 alij. Cum † enim nouiſſimo iure, nemo propter delictum, quantumuis atrox, pœnæ ſeruus efficiatur, dict. Auth. ſed hodie, C. de donation. inter virum, & vxor. Nouell. 22. cap. 8. & dãnatũ propter aliquod crimen publicatio bonorum nõ comitetur, excepto maieſtatis crimine, Authent. bona damnatorum, C. de bonis proſcriptor. ſeu dãnatorum. Nouell. 134. c. vlt. circa finem, mutata, & ceſſante ratione iuris veteris, quæ damnatis ad mortem teſtamenti factionem adimebat; non malè aſſeritur, ita dãnatos hodie teſtamentũ facere poſſe, argu. cap. cum ceſſante, 60. de appellat. & ſimilium.

4 Nec obſtat † quod diſſentientes exiſtimant, ne quidẽ hodierno iure hac in parte aliquid immutãdum, quia ceſſante bonorum publicatione, ipſo iure ad aſcendentes, vel deſcendentes, ideſt, parentes, vel liberos bona damnatorũ transferãtur, ſicque ijs adimantur. Nã libertatem, & conſequẽter etiam ciuitatem, condemnas ſaluam, & integram manere, ſatis pateſcit ex dicta Authentica ſed hodie. C. de donat. inter virum, & vxorem, & d. Nouell. 22. cap. 8. iunctio. §. 1. inſtit. de cap. deminut. & ijs, quæ ibi notauimus. Et quod ad liberos, vel parentes, bona deuolui dicuntur: non impedit quo minus condemnati, facto teſtamento, aliam bonorum ſuorum diuiſionem faciant: relicta tamen parentibus, & liberis legitima. Siquidem diſpoſitionem iſtam tantum ab inteſtato obtinere; & vti benigniorem, non ſolum in liberorum, & ſed & condemnatorum commiſerationem proditam eſſe, colligi videtur ex d. Nouell. 22. c. 8. & docet Heigius in d. §. eius qui 5. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. face. teſt. vbi ſubijcit, hanc opinionem conſtitutione Electorali 6. p. 3. approbatam eſſe. Idem teſtatur in l. admonendi. 13. num. 494. ff. de iure iurand. Idemque prolixius explicat Berlichius d. par. 3. cõcl. 8. num. 11. & ſub ſeqq. *Harprec.*

*men ſit, non puto eſſe ab ipſa conſuetudine recedendum.*

2 *Sed quid ſi reus poſt condẽnationem, antequam fiat exe-*
b *cutio, ex* [b] *manibus Iudicũ aufugerit, nunquid poterit teſtari? Reſp. quod non: adhuc enim remanet ſeruus pœnæ, & conſequenter inteſtabilis. Ita tenent cõmuniter Doct. vt dicit Aret. in l. ſi quis poſt accuſ. num. 3. ff. de teſta. ita etiam communiter teneri atteſtatur Abb. in Rubr. de teſt. nu. 4. Sed hoc intelligo, vt procedat in illo territorio, in quo fuerat condemnatus, & quo ad bona intra illud territorium exiſtẽtia. Nã in eo territorio, & quo ad illa ſemper remanet inteſtabilis; ſed quo ad bona exiſtentia extra illud territoriũ, talis ſententia eũ non efficeret inteſtabilẽ: & ideò ipſe exiſtẽs extra illud territorium poſſet de eis teſtari, niſi tamen eſſet cõdẽnatus pro delicto, pro quo de iure communi debuiſſet ad mortem condemnari; & in proceſſu ſeruata eſſet diſpoſitio Iuris communis. Nam eo caſu, vbique & quo ad omnia ſemper remanet inteſtabilis, vt ſupra dixi.*

3 *Sed pone, quod Iudex condẽnat reum ad pœnam mortis, ſed genus mortis, quo Iudex eum voluit puniri, eſt à Iure prohibitũ: puta veneni, mallei, vel ſecuris, vel præcipitij, nũquid ex tali condẽnatione reus efficitur inteſtabilis? Reſpon. quod non: etiamſi delictũ pro quo eſt condẽnatus, mereretur pœnam mortis. Ita dixit Angel. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi fiſci. ff. de acqu. hæred. Et ita concludunt DD. vt dicit Apoſt. ad Ang. de malef. in verb. & ibi caput, poſt nu. 3. hanc etiã opin. dicit eſſe communem eodẽ Apoſt. in eo. verb. ſub n. 29. Ex quo enim huiuſmodi pœnæ ſunt à iure interdictæ, non poſſunt efficere aliquem ſeruum pœnæ, & ſic inteſtabilẽ; quod nota in pract. quia eſt mirabilis deciſio.*

4 d *An verò* [d] *talis condemnatus erat abſens, ſed fuit condẽnatus virtute ſtatuti diſponentis, quod contumax habeatur pro confeſſo, & quod contra eum poſſit procedi ad ſententiam definitiuam; & tunc ſi iſte condemnatus, & bannitus non veniat in fortiam communis, non efficitur ſeruus pœnæ, & ideo poterit teſtari. Si autẽ veniat in fortiam communis, tunc efficitur ſeruus pœnæ, & conſequenter non poterit teſtari. Et hæc eſt magis communis opin. vt dicit Aret. in d. l. eius qui. §. 1. poſt nu. 3. verſ. ſed dubium. Et ſi priuſquam veniret in fortiam communis, feciſſet teſtamentum, illud redderetur nullum. Quæ tamen omnia, vt ſupra ſæpius dixi, intellige, quo ad bona ſita intra illud territorium, non autem quo ad alia: nam ſententia illa condemnationis, & banni, accipit virtutem, & robur ex diſpoſitione ſtatutorum illius ciuitatis, & non à iure communi; meritò nõ poteſt effectum ſuum porrigere extra illud territorium: & ita teneas.*

5 *Quæro, nunquid condemnatus ad mortem poſſit teſtamentum condere ad pias cauſas, dixi ſupra quæſtione quinta, verſiculo Quæro quid in damnato.*

b *Aufugerit.*] an ſaltem poſſit de bonis poſt condemnationem quæſitis, teſtari, vide Ben. Capr. inter commun. opin. vol. 1. verſ. teſtamentum condemnati.. *Gouean*

5 *Ex manibus Iudicum aufugerit, &c.*] Etſi † damnatus ad mortem, poſt ſententiam condemnationis latam aufugiat, aut ex manibus Iudicis eripiatur: nihilominus tamen eum teſtari non poſſe, vltra Clarum noſtrum hic, tenent Michael Graſſus, dicto §. teſtamentum, q. 26. num. 4. Capycius deciſ. 102. numer. 104. Surdus conſil. 90. nume. 12. lib. 1. Peregrin. dict. lib. 3. de iure fiſc. tit. 2. num. 3. Farinac. prædicta quæſt. 102. inſpect. 2. num. 115. eoſque citans Thadæus Piſo dict. lib. 1. var. reſolution. c. 3. nu. 4. nec non Nicolaus Reuſnerus in tractatu de Teſtamentis, par. 2. cap. 38. numero 3. *Harprec.*

c *Sed pone, quod Iudex cõdemnat reum ad pœnã*
6 *mortis, &c.*] Quod ſi † pœna per ſententiam impoſita ſit à iure prohibita, condemnatus non efficiatur inteſtabilis, præter hoc loco allegatos tradit quoque Graſſus, dicto §. teſtamentum, q. 16. nu. 6. Idem planè eſt, ſi à ſentẽtia condemnatoria fuerit
7 appellatum. Si quis † (inquit diſertè Marcianus I. C.) in capitali crimine dãnatus appellauerit, & medio tempore, pendẽte appellatione fecerit teſtamentum, & ita deceſſerit: valet eius teſtamentum, l. qui à latronibus, 13. in fin. ff. qui teſtam. fac. poſſ.
8 Integri † enim ſtatus decedunt, qui in reatu obeunt, crimenque mortalitate extinguitur, l. vlti. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. 2. C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuerit, Graſſus dict. q. 26. num. 7 Reuſner. d. par. 2. cap. 38. nu. 13. & ſeq. Piſ. d. lib. 1. cap. 3. numer. 11. alijque per hunc relati. *Harprec.*

d *Aut verò talis con-*
9 *demnatus erat abſens, &c.*] Quando † ſententia fertur in abſentem ex forma ſtatuti, quod abſens habeatur pro confeſſo: tũc taliter damnatus non amittit libertatem, nec ſeruus pœnæ efficitur, ac proinde teſtari poterit ſecundum ius commune, nõ vero ſecundum ius municipale, ſiue formam ſtatuti: dũmodo teſtetur de bonis extra territorium illud, in quo fuit condẽnatus,
10 ſitis. Sententia † namque condemnationis, vigore ſtatuti municipalis lata, extra locum effectum ſuum porrigere non poteſt. Ita ſentiunt Bald. Salicet. & Corn. in l. 1. C. de hæred. inſt. Graſſ. d. q. 26. nu. 8. & Far. d. praxi. crim. de var. ac diuerſ. q. 4. 102. inſpect. 1. nu. 1. & 4. *Harprec.*

QVÆ-



# QVÆSTIO XXII.

## SVMMARIA.

Ex Claro.


1 *Deportatus an poſſit condere teſtamentum.*
2 *Et an poſſit capere ex teſtamento.*
3 *Et quid in relegato.*

Ex Additionibus.

1 *An Deportatus nouo iure teſtari queat.*
2 *Nunquid deportatus aliquid ex teſtamento capere, aut ab inteſtato ſuccedere poſſit.*
3 *Deportatus pro mortuo habetur.*
4 *Deportatus non amittit, quæ ſunt iuris gentium.*
5 *Contractus ſunt iuris gentium.*
6 *Si deportatus ſit hæres inſtitutus, cui illa hæreditas deferatur.*
7 *Intellectus l. hæreditas 4. C. de his, quib. vt indignis, &c.*
8 *Sententia l. ſi deportati 7. in princ. ff. de leg. 3.*
9 *Relegatus teſtari poteſt, etiamſi in ſententia relegationis ei bona ſint confiſcata.*


## ADDITIONES.

a
1 N*Vnquid deportatus poſſit condere teſtamentũ.*] Quod deportatus † ne quidem hodie teſtari poſſit, tenent Bartol. & alij communiter in l. eius, qui 8. §. 1. ff. qui teſtamen. fac. poſſ. Peregrinus libro 3. de iure fiſc. tit. 5. num. 7. Fernandus Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. §. 1. & de ſucceſſ. reſolut. §. 3. Michael. Graſſ. lib. 1. recept. ſent. §. teſtamẽtum, q. 17. nu. 1. Thadeus Piſo lib. 1. var. reſol. c. 3. num. 14. & Nicolaus Reuſn. in tract. de teſt. par. 2. c 56. nu. 12. & ſeq. *Harprec.*

b *Nunquid deportatus poſſit capere ex teſtamen-*
2 *to.*] Deportatus † nec aliquid capere ex alterius teſtamento, nec ab inteſtato ſuccedere poteſt. l. 1. ibique Bart. Bald. Angel. Salic. Iaſ. Sichard. & Gilchen. C. de hæredib. inſtituen. Graſſ. d. lib. 1. recep. ſentent. §. legatum, q. 10. & §. inſtitutio. q. 2. nu. 2. & d. §. teſt. q. 17. n. 2. Villalob. commun. opin. litt. D. num. 92. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. §. 2. num. 4. & lib. 3. controu. illuſtr. cap. 102. num. 3. Franciſc. Burſat. conſil. 4. nu. 28. & Peregrinus d. libr. 3. tit. 5. nu. 2. Eiuſque ratio mani-
3 feſta eſt: quia † hæreditas eſt nomen iuris ciuilis, l. lege obuenire 130. ff. de verbor. ſignificat. cuius iuris reſpectu deportatus pro mortuo habetur, l. 1. §. penult. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. ſi necem. 4. §. ſi deportatus 2. ff. de bon. libert. Reuſner. dicto cap. 56. nu. 12. in fi-
4 ne. Sane † deportatus licet non per vltimã voluntatem: attamen per contractum acquirere poteſt: quoniam non amittit ea, quæ ſunt iuris gentium, l. ſunt quidam 17. in fine.
5 ff. de pœnis. Atqui † contractus iuris gentium eſſe conſtat. l. ex hoc iure 5. ff. de iuſtitia, & iur. l. iuris gentium. 7. §. 1. ff. de pact. Sichard. in d. l. 1. nu. 3. C. de hæredib. inſtit. Peregr. d. lib. 3. tit. 5. nu. 10. Cephal. conſil. 324. nu. 16. & 17. lib. 3. Farin. de var. ac diuerſ. quæſt. quæſt. 102. inſpect. 3. nu. 163. Thad. Piſo d. lib. 1. var. reſolut. cap. 3. num. 15. *Harprec.*

### QVÆSTIO XXII.

1 Q*Væro, nunquid deportatus habeat teſtamenti factionem? Reſpondeo, hæc quæſtio pariter habet duo capita, intelligendo de factione teſtamenti actiuè, & paſſiuè, vt dixi ſupra, quæſtione 18. Si ergo quæris, nunquid*
a *deportatus* [a] *poſſit condere teſtamentum? Reſpondeo, quod non; & de hoc eſt text. in l. eius qui, §. 1. de teſtamen. intelligendo ibi, verbum, deportati, vt ſtet in caſu nominatiuo; non autem in genitiuo, prout intelligit ibi gloſ. ſubaudiendo, verbum, bona, & male iudicio meo. Et hæc opinio, quod deportatus non poſſit teſtari, communiter tenetur, vt dicit Imola in cap. quia ingredientibus, poſt num. 30. de teſtam. Illam etiam dicit eſſe communẽ, Maranta in repet. l. is poteſt, num. 17. ff. de acquir. hæredit. Natta in repet. §. ex imperfecto, num. 51. Amittit enim deportatus libertatem, & omnia, quæ ſunt iuris ciuilis, &c.*

2 *Si autem quæris,* [b] *nunquid*
b *deportatus poſſit capere ex teſtamento? Reſp. pariter, quod non. Eſt enim talis deportatus prorſus incapax omnis ſucceſſionis: vt dixi ſupra hoc eodem lib. §. 1. & eſt communis opin. vt dixit Alex. in l. 1. num. 2. C.*
c *de hæred. inſtit. Hæreditas* [c] *autem ipſa non applicatur fiſco, neque fiſcus illam aufert à deportato, tanquam ab indigno, ſed perinde ſucceditur defuncto per alios inſtitutos, vel per uenientes ab inteſtato, ac ſi deportatus inſtitutus non fuiſſet. Et hanc dicit eſſe magis communem, & veram ſententiam Alex. conſ. 26. nu. 1. lib. 1.*

3 *Relegatus* [d] *autem non per-*
d *dit teſtamenti factionem, vt probat text. in d. l. eius qui, §. 1. Non enim amittit libertatem, neque ea, quæ ſunt iuris ciuilis, & ideò licet in ſententia relegationis ſint etiam confiſcata eius bona, prout ſæpè fit, & de iure fieri poteſt, vt eſt text. in l. relegati, & in l. relegatorum, §. ad tempus, ff. de interdict. & releg. nihilominus (vt dixi) retinet teſtamenti factionem. Et ſi dicas, quod operatur teſtamenti factio ſine bonis? Reſp. quod multum operatur circa bona, quæ in ipſa confiſcatione non comprehenduntur, vt dixi ſupra quæſt. 19. verſ. Aliquando vero. Præterea teſtamentum, & hæreditas vtique conſiderantur etiam in eo, qui nihil in bonis relinquit, neque id prorſus eſt ſine vtilitate. Nam qui poteſt teſtari, poterit, (licet ipſe nihil habeat in bonis) ſubſtituere filio ſuo pupillariter: quod tamen facere non poſſet, ſi non haberet teſtamẽti factionem, l. 2. §. filius, ff. de vulgar. Item poterit dare tutorem filijs ſuis, quod pariter fieri non poteſt, niſi in teſtamento, aut codicillis teſtamento confirmatis, l. 3. ff. de teſt. tute. vt elegãter cõſiderat Imol. in d. cap. quia ingredientibus, num. 7. &c.*

6 c *Hæreditas autem ipſa non applicatur fiſco.*] Si † deportatus ſit de facto hæres inſtitutus, tunc alij inſtituti, vel venientes ab inteſtato ſuccedunt, excluſo fiſco, vt tradunt Cyn. num. 2. Franc. Aret. nu. 2. Bart. nu. 1. Alber. de Roſat. nu. 2. Ang. nu. 3. Caſtrenſ. num. 3. Iaſ. num. 3. Fulgoſ. num. 4. Salicet. num. 9. Philip. Corn. nu. 12. hoſque referens Gilchenius nu. 42. in d. l. 1. C. de hæredibus inſtitut. & Michael Graſſ. d. §. inſtitutio. q. 2. in fin. Etenim ad hoc, vt fiſcus bona auferre poſſit neceſſarium eſt, vt aliqua ſit hæreditas cum alias fiſco applicari: nequeat. Iam verò certum eſt, deportatum, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato quippiã acquirere poſſe, dicta l. prima, §. pen. & vlt. ff. de bonor. poſ. com. tab. d. l. ſi necem 4. §. 2. ff. de bon. libert.

7 Non † obſtat. l. hæreditas. 4. C. de his, quibus, vt indignis hæreditas aufer. hæreditas fiſco vindicari, vbi dicitur. Nã id locũ habet in his, qui capaces sũt ipſius teſtamenti: ſed tamen ob aliquod factũ indigni redduntur, ita vt fiſcus ex ea cauſa hæredi-
8 tatem auferre poſſit. † Sic quoque nõ aduerſatur, l. ſi deportati 7. in princip. ff. de leg. 3. vbi legatũ ſeruo deportati relictum fiſco applicatur. Breuiter enim reſpondetur: in iſta lege idcircò legatum fiſco cedere, quod ſeruus fiſci re uera ſit. Neq. ad rẽ pertinet, quod ſeruus deportati appelletur: cauſa quippè præcedẽt. dominij hoc impetraſſe videtur, Fulg. in d. l. 1. nu. 5. C. de hæredib. inſtit. Sed vide iſtam legẽ accuratius explicantem Petrum Gilcheniũ, ibidem nu. 46. *Harpr.*

d *Relegatus autem nõ perdit teſtamẽti factionẽ, licet in ſentẽtia relegationis ſint etiã cõfiſcata eius*
9 *bona.*] Adde, † præter rationes hic expoſitas, & illam: quod bonorum publicatio futura bona, quæ relegatus acquirere, & de quipus teſtari poteſt, non includit, l. ſi mandauero 22. §. is cuius. 5. ff. mandati. Et notant Caſtrenſ. in l. eius, qui 8. §. ſi cui. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Peregrin. d. lib. 3. de iur. fiſc. tit. 5. nu. 14. & Thadeus Piſo d. lib. 1. variar. reſolut. cap. 3. num. 20. & ſeq. *Harprec.*



QVÆ-

## QVÆSTIO XXIII.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Condemnatus ad perpetuos carceres an perdat teſtamenti factionem.*

Ex Additionibus.

1 *Damnatus ad perpetuos carceres, vel ad remiges, an teſtari poſſit.*
2 *Iure ciuili nemo ad perpetuum carcerem poteſt damnari.*
3 *Quo caſu perpetuo carceri mancipatus teſtari nequeat.*

### ADDITIONES.

a 1 N*Vnquid condemnatus ad perpetuas carceres perdat teſtamenti factionem.*] Damnatur ad perpetuos carceres, vel ad perpetuo remigandum, iure nouo teſtamentum facere poſſe, verius videtur; tum quia ſeruus pęnæ non efficitur. Authentic. ſed hodie. C. de donation. inter virum, & vxorem. No-
2 uell. 22. cap. 8. Tum † quia iure ciuili nemo ad perpetuum carcerem damnatur. l. aut damnum 8. l. ſolent. 9. ff. de pęn. l. incredibile. 6. C. de pęn. Couarruu. ad rubr. de teſtament. parte tertia, num. 27. Marant. in l. is poteſt 18. ff. de acquir. vel omitten. hæred. nu. 112. Peregrinus lib. 3. de iure fiſci, tit. 4. nu. 5. & 9. Farinac. de var. ac diuerſ. quęſtionib. q. 102. inſpec. 3. num. 146. & 158. Soar. in theſ. recept. ſent. litt. C. nu. 12. Thad. Piſo
3 lib. 1. var. reſol. cap. 3. num. 19. Sanè † ſi quis ob eiuſmodi crimē carceri in perpetuum ſit deuotus, ac mancipatus, ex quo publicatio fit bonorum, & quis inteſtabilis redditur: tunc nullo modo eum teſtari poſſe, cū nec bona is habeat, de quibus teſtetur, concludunt Philip. Fran. in rubr. de teſtamēt. verſ. duodecimo quęritur, &c. Simon de Prær. lib. 2. de interpret. vltim. volunt. dubio 1. ſolut. 4. num. 84. eoſque referens Nicolaus Reuſn. in tract. de teſtament. part. 2. capit. 40. nu. 4. & Petr. Gregor. lib. 42. ſyntagm. iur. vniuerſ. cap. 8. nu. 12. Eaque de re videantur quoque poſt alios, quos citant, Michael Graſs. lib. 1. receptar. ſenten. §. teſtamentum, q. 28. numer. 3. Petrus Gilkenius ad l. 1. numero 11. C. qui teſtamentum facere poſſunt. *Harprec.*

### QVÆSTIO XXIII.

1 a Q*Væro,* [a] *nunquid condemnatus ad perpetuos carceres perdat teſtamenti factionem? Reſpon. Abb. in rubr. de teſtam. poſt num. 4. verſic. Dubitatur etiam. dicit, quod ſi talis condemnatus ad perpetuum carcerem eſt laicus proculdubio efficitur inteſtabilis, & quod hæc eſt communis ſententia. Hanc etiam dicit eſſe communem, Franc. in Rubric. de teſtamen. verſ. 12. prohibetur, quem refert Bertrand. conſ. 194. poſt num. 2. lib. 1. in 2. part. quæ tamen opinio numquam mihi placuit. Certum eſt enim, quod de iure ciuili non imponitur hæc pœna carceris, vt dixi infra lib. 5. §. fin. quæſt. 70. verſic. pœna autem. Cum ergo non poſſit quis effici inteſtabilis, niſi quando imponitur pœna à lege permiſſa, vt dixi ſupra, q. 21. verſ. Sed pone. ſequitur, quod talis cōdemnatos ad perpetuos carceres de iure ciuili non amittit teſtamēti factionem.*

## QVÆSTIO XXIV.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Excommunicatus an poſſit teſtari.*

Ex Additionibus.

1 *An excommuaicatus teſtamenti factionem habeat.*
2 *Manifeſtè quoque excommunicatus teſtari poterit.*

### ADDITIONES.

a E*Xcommunicatus poſſit teſtari.*] Et quod excommunicatus habeat actiuè, & paſſiuè teſtamēti factionem communem dixi in collect. mea cōmun opin. ver. excommunicatus, numero 7. *Giach.*

*Quod imo excommunicatus poſſit teſtari, etc.*]
1 Quod excommunicatus, ideſt, à communione Eccleſiæ anathemate Pontificio ſegregatus habeat vtramque teſtamenti factionem, & actiuam, & paſſiuam, tenent vltra Doctores hic recitatos, Didac. Couar. in rubr. de teſtam. parte 2. num. 18. Fernand. Vaſq. de ſucceſ. progreſſ. libro primo, §. 1. num. 120. Bened. Capra concluſ. 120. nu. 188. Viuius commu. opin. libr. 2. verb. excommunicatus, num. 5. Anto. Gabr. commun. concluſio. lib. 4. tit. de teſtam. concl. 1. hoſq; referens Michael Graſs. lib. 1. recept. ſentent. §. teſtamentum, quæſtio. 2. numer. 1. & Thadæus Piſo lib. 1. variar. reſolut. cap. 12. num. 9. *Harprec.*

b *Ang. de Aret.*] Aduerte quod Ang. ibid. ex cip. vnum caſum, videlicet in hæretico, in quo hoc eſſe ſpeciale dicit, vt nō poſſit teſtari: alij autem poſſunt: & illam communem atteſtantes, retulit Apoſt. ibid. *Giachar.*

c *Maximè occultè excōmnicato.*] Et quid ſi publicè ſit excommunicatus, & quid ſi pro uſuris, pro hæreſi, pro iniuria facta Cardinali, & quid ſi ſit anathematizatus, & quid ſi ex priuilegio teſtandi facultas ſibi competat, uide latè Gabr. de teſtam. concl. 1. *Gouean.*

d *Quod excommunicatio ſit occulta.*] Siue
2 † occultè, ſiue manifeſtè, & publicè quis excommunicatus fuerit, nihilominus eū teſtari poſſe (contra Clarū hic hæſitātem) ſimpliciter ſtatuunt Bart. in l. ſi quæramus 4. nu. 9. ff. qui teſt. fac. poſſ. Benedict. Capr. d. conclu. 102. num. 189. Couar. d. rubr. p. 2. nu. 18. Graſſ. d. q. 24. num. 2. hoſque laudans Piſo loco modo annotato. *Harprec.*

### QVÆSTIO XXIV.

a Q*Væro, an excommunicatus poſſit teſtari? Reſpondeo gloſ. in ca. decernimus, in verb. & teſtificando, de ſentent. excommnnic. in 6. tenet quod non; & dicit Albert. in l. 1. num. 4. C. de hæred. inſtitut. quod ita tenent cōmuniter Canon. & forte tempore Alberici iſta opinio ſaltem apud Cano. erat magis communis. Sed hodie contraria opin. ſcilicet, quod imò excōmunicatus poſſit* [a] *teſtari, eſt magis communis, vt dicit Abb. in rubric. de teſtam. num. 5. Barbat. in c. quia ingredientib. col. fin. de teſtam. quem refert Io. Dilect. de Arte teſtandi, tit. 1. caut. 10. num. 1. Aretin. in l. ſi quæramus, col. pen. verſ. Tertio adde. ff. de teſtamen. quem refert Apoſtill.* b *ad Angel. de Aret. in §. finali, ſub numero decimo Inſtitut. quibus non eſt permiſſ. face. teſtam. & Franc. in repet. Rubric. de teſtam. nu. 32. Andr. Beſſet. in repet. l. 1. nu. 65. C. de ſacroſ. Eccl. Bertr. cōſ. 227. nu. 11. lib. 2. in 1. parte, conſ. 41. nu. 1. lib. 2. in 2. part. Et dicit Corn. conſ. 180. in lit. R. lib. 4. quod eſt cōmunis ſententia ferè omnium,* c *maximi in* [c] *occultè excommunicato. Et hæc opin. intrepidè tenenda eſt, vbi duo concurrāt. Primum, quod non ſit excōmunicatus ex cauſa, quæ alias redderet illum inteſtabilem. Secū-* d *dum, quod* [d] *excōmunicatio ſit occulta; ſi verò hæc duo non concurrerent, res non eſſet ſine difficultate. Sed pro nunc nihil determino.*

ADDI-



## QVÆSTIO XXV.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Infamis an poſſit teſtari.*

Ex Additionibus.

1 *Infamis vtrum teſtari poſſit.*
2 *Infamem teſtari poſſe, multis rationibus demonſtratur.*
3 *Mulier intra annum luctus ſecundo nubens infamis efficitur.*
4 *Vt, & ex cauſa ignominioſa a militia dimiſſus.*
5 *An periurus teſtamentum facere queat.*

### ADDITIONES.

a I*Nfamis.*] Adde, quod infamis quis efficitur tripliciter, vt per Cæphal. conſ. 227. num. 14. ipſo iure, per ſententiam, & ex genere pœnæ, vt quia iuſſu prætoris fuſtib. quis ſit cæſus. Item quæ perſonæ infames dicantur, vide in cap. infames 6. q. 1. Et obiter hic ſcias, quod infamis repellitur ab omni officio publico, & ab omni dignitate Eccleſiaſtica, etiam ab habita. Infamia vero facti repellit a dignitatibus habendis, non à quæſitis, niſi dicatur in ſententia. Item non repellit a dignitatibus, & honoribus beneficialibus. Hæc & alia notatu digna vide per Felin. in cap præterea, de teſtibus cogen. vbi etiam habes, quod imputandum eſt ei, qui aſſumitur ad officium publicum, ſi non detegit habilitatem ſuam, & quod indignus, qui patitur ſe eligi conſentiendo electioni, punitur. *Giach.*

1 *An infamis poſſit teſtari.*] Infamem † teſtamentum facere poſſe, communis opinio eſt, ut poſt Doct. hic a Claro relatos, teſtantur Michael Graſſus lib. 1. recept. ſentent. §. teſtam. q. 32. Emanuel Soarez in theſ. recept. ſentent. littera I, nu. 59. Duaren. ad tit. ff. qui teſtam. fac. poſſ. ſub rubr. de his, qui teſta. fac. poſſ. uerſic. nunc uidendum eſt de ijs, &c. Matthias Stephani cent. 2. q. 54. ad litt. B, & Iohannes Dauth. in tract. de teſtament. tit. qui teſtam. facere poſſ. nu. 265. Huiuſq; communiter
2 † receptæ ſententiæ multiplex eſt ratio: Tum quia nulla lex reperitur, quæ ſpecialiter prohibeat infamem teſtari. Ergo ei permiſſam eſſe teſtamenti factionem affirmandum eſt, argum. l. 1. §. 1. ff. de teſtibus, l. mutus, 43. §. 1. de procuratoribus l. cum prætor 12. ff. de iudic. l. qui accuſare 8. ff. de accuſationibus. Tum quia Caius I. C. in l. eius, qui 8. ff. qui teſtam. fac. poſſ. anxie & ſcrupuloſe docet, uarijs exemplis in medium productis, qui ob pœnam, & crimen, uel conditionem amittat teſtamenti factionem; & tamen non meminit eorum, quibus infamiæ nota inuritur. Tū
3 † quia in l. 1. C. de ſecund. nupt. ab Impp. Gratiano, Valentiniano, & Theodoſio reſcriptum eſt: mulierem, quæ intra annum luctus ſecundo nupſit, infamem fieri; & præterea hac pœna plecti, ut ultra tertiam partem bonorum ſuorum, non poſſit marito ſecundo teſtamento relinquere. Qibus uerbis manifeſte oſtenditur, am poſſe teſtamentum facere, modo tertiam partem bonorum ſuorum legando
4 non excedat. Tum † denique quia a militia ex cauſa ignominioſa dimiſſus, infamis eſt, & priuilegium militare amittit: & tamen iure communi teſtari non prohibetur, l teſtamenta 26.
5 ff. de teſtamento militis. Atque † hinc infertur: periurum, licet infamis ſit, l. ſi quis maior. 41. C. de tranſactionibus, Can. infames. 17. & can. quicunque 18. cauſ. 6. q. 1. c. querelam 10. ibique gl. ſuper uerbo, periurij. De iureiurand. tamen teſtament. facere poſſe per notata Ioan. Andreæ in c. quod ſemel. 29. nu. 9. de reg. iur. in 6. & Reuſner. in tract. de iure teſtam. par. 2. cap. 49. num. 4. *Harprec.*

### QVÆSTIO XXV.

1 a Q*Væro, an* [a] *infamis poſſit teſtari? Reſp. quod ſic. Ita tenet Bart. in l. is cui §. ſi quis ob carmen, ff. de teſt: & ita commun. tenetur vt dicit Abb. in rubr. de teſtament. poſt numero 8. verſic. XV. prohibetur. Quod intellige, niſi expreſſe à lege prohibitus ſit teſtari, prout eſt infamis condemnatus ob libellū famoſum, vt probatur in d. §. ſi quis ob carmen.*

## QVÆSTIO XXVI.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vſurarius manifeſtus non poteſt teſtari, niſi præſtita cautione de reſtituendi vſuris.*
2 *Et an præſtanda ſit cautio pignoratitia.*
3 *Et quid ſi talis cautio poſt teſtamentum conditum præſtetur.*
4 *Et quid ſi vſurarius deſierit vſuras exercere.*
5 *Et quid in Iudæo vſurario manifeſto.*
6 *Et an vſurarius manifeſtus poſſit donare cauſa mortis.*

Ex Additionibus.

1 *Manifeſtus vſurarius an & quatenus teſtari poſſit.*
2 *Eiuſmodi vſurario ſepultura eccleſiaſtica denegatur.*
3 *Conſtitutio cap. quanquam 2. de vſur. in 6. de qua cautione accipiatur.*
4 *An teſtamentum reconualeſcat, ſi cautio de reſtituendis vſuris, poſtea ex interuallo præſtetur.*
5 *Quid, ſi vſurarius deſierit exercere vſuras.*
6 *Et quid, ſi præſtitit cautionem, & poſtea vitium vſurarum continuauit.*
7 *Num diſpoſitio d. c. 2. habeat locum in Iudæis.*
8 *Ecquid mercator, qui merces carius vendit, ſi ſolutio differatur, quam ſi in præſenti pecunia numeretur, pro manifeſto vſurario habeatur.*
9 *Teſtandi libertas omni iure conceſſa.*
10 *Teſtamenta ſuum ſortiri effectum publice intereſt.*
11 *Contractus ex conſuetudine iudicatur ex licitis.*